

Ye  
3654

V, 2.

72

VOTIVA CARMINA,  
QVIBVS

SVMLOS IN PHILOSOPHIA  
HONORES

IN  
VIRVM

NOBILISSIMVM, CLARISSIMVM ATQVE  
DOCTISSIMVM

DN. IO. ANDREAM  
VSENBENZIVM,

VLMENSEM,  
ARTIS MEDICAE CVLTOREM

FELICISSIMVM,

VITEMBERGAE SAXONVM

A. D. XVI. MENS. OCTOBR. A. R. S. cI*o* Icc V.  
COLLATOS

FELICES FAVSTOSQVE ESSE  
IVBENT

PATRONI, PRAECEPTORES,  
FAVTORES, ATQVE AMICI.

---

VITEMBERGAE, PRELO CHRISTIANI GERDESIL

5.9.0.2. G. 2

**H**ic reserata patet sacrata Machaonis aedes,  
Dogmata cui Sophies discere cura fuit.  
Scilicet ante decet rerum cognoscere causas,  
Quam quis Paonias vult adhibere manus.  
Hinc Tibi promeritam decernit Apollo coronam,  
Clare Vir, hinc laurum mox et Hygea dabit.

Grat. app.

C. H. Horn, D.  
h. t. Acad. Pro-Rector.

**V**rbs, quae Te genuit, fama et virtute resfulget,  
Quod Tibi grande decus iugiter esse potest.  
At meliora Tuae virtutes dona merentur,  
Hinc laurum nequit Leucoris alma Tibi.

Gratulabundus optima queque precebat  
Johannes Deutschmann, D.  
Prof. Prim. & Sen.

**Q**uos VSENBENZI, studiorum ferre labores  
Confvesti et quicquid triste subesse solet,  
His tandem praesens honor atque haec splendida pompa  
Gloria et aeternum non moritura venit.  
Ecce MAGISTERII tituloque et nomine dignus,  
Clara perantlati Signa laboris habes:  
Coerules doctum Caput ambit pileus ultiro,  
Atque ornat digitos aurea gemma Tuos.  
Eja age, macte Tua virtute et inclite fama  
Promerita ingenii gaudia lacta cape:  
Praemia virtutum sunt haec, bis utere, donec  
Arte Maohaonia laus Tua major erit.

Christianus Vater,  
Medic. D. & Path. P.P.

**Q**uid Tu, progenies Medicorum, pulpita scandis,  
Atque Magisterii splendida iura peris?  
Scilicet in Medicis qui vult excellere Musis,  
Philosophus fiat. Sic bene cuncta cadent.  
Hunc ergo merito, Fautor, Tibi grator honorem,  
Et precor e nostris praemia magna scholis.

P. G. Sperling, D.P.P.  
& Arch. Anh.

**A**ccipe, quam per me Tibi praebet Apollo Coronam,  
Accipe virtutis praemia prima tuae.  
Ipsa Tibi virtus jam munera plura parabit,  
Artes Paeoniae praemia plura dabunt.

Hicce summmum in Philosophia honorem  
gratulari voluit

**M**ichael Strauch / Sup. Mathem. P.P.  
Ordinis Philosophici Decanus & Senior.

**C**orporis ut morbis praestans Hygiea medetur:  
Sic animi labes Philosophia fugat.  
Arte vales utraque; Tibi hinc & ferta parata  
Philosophia modo: mox Medicina dabit.

**f.**  
**C**hristianus Röhrensee / P.P.  
& Elect. Alumn. Ephorus.

**X**αρέο . ξώσον ἀεὶ σοθλῶν ἄντοδεν απάρτων  
Χρηστοῦ ἀγέ τε θεῷ, ἀγέ θροτοῖς.

Τῷ περὶ τὴν ιατρικὴν Φιλοποιῶντι οἰς  
τάχιστα ἐχεδίσασ

**C. S. Schurzfleischius.**

**N**obilis exornat jamjam tua tempora laurus,  
Auguror inde virum doctum, Medicumque peritum.  
Perge dein, Medicas tracta feliciter artes,  
Hinc Te laus et bonos, hinc summa bracea manebunt.  
Magnus Apollo tibi certe nova ferta minatur.  
Gratulor ex animo, servet de lova, tuosve!

Ita amica mente manuique Nob. Dn. Botanophilo  
gratulatur

**C**hristianus Warlitzius, D.  
P. P. E. et Archiatr.

**S**cis rerum caussas, tremulae lunaeque labores,  
Vnde nives, et qua sidera lege meent.  
Quid quatiat terras, rutili quis fulminis ortus,  
Iupiter, an fracta flamina nube tonent?  
His et Apollineas iuxisti naviter artes:  
Sicque nova semper nomine crescat honos.

Gratulandi munere perfunditus est

**A. Brendelius, Phil. et Med. D.**  
P. P. E.

**V**ernat in autumno Tua virtus, Optime Fautor,  
Qui aufert arboribus, dat Tibi grande decus.  
Nempe honor hic tantus, tanta virtute paratus,  
Perpetuo vernans, tanquam amaranthus erit.

Gratulabundus fecit

**L. Io. Hieronymus de Wedig,**  
Archi-Diaconus.

**S**ic perfaus eram, Tibi digna brabea parari  
A Medicis, Artis praemia larga tuae.  
Cur igitur nostrae non magnos Artis honores  
Quaeris, cur Sophiae praemia parva petis?  
Scilicet ad geminum Te virtus dicit honorem,  
Virtus, quae dudum digna utriusque fuit.

**Henr. Klausing / Mathem.**  
P. P. Extr.

**E**N! Lauro viridi cingit Te Magnus Apollo,  
Cumque suis Sociis Tibi splendida munera praebet.  
Hinc, hos promeritos ornatus suspicie laetus;  
Ac majora brevi Charissime praemia sume.


Sic  
Ex Lege Amicitiae ac conservudinis Nobilissimo  
Domino Candidato gratulabatur

**Balthas. Geyder, Nordlingensis,**  
SS. Theol. Stud.

**F**elix, a teneris virtuti qui dedit annos,  
Illi nam tursus praemia multa dabit.  
Est virtutis opus factis extendere famam,  
Nescia enim tumuli, sola perennis erit.  
Hoc **TIBI** pernotum fuerat, **PRAECLARE MAGISTER**,  
Hinc tanto studio ac mente securitus eam.  
Praemia nec defunt, **TIBI** sed satis illa redonat,  
Dum **TIBI** cum titulo multiplicatur honos.  
Perge igitur, facile sic M. mutabitur in D.  
Ad summos venies, quos petis ipse, gradus.  
Interea Numen TE, famam, ac nomina servet  
Salva, **TIBI** et posthac augeat illa. Vale.

*His Clarissimo Eruditissimoque Domino Uffenbenzio, Magistro  
Philosophia recens creato, amico suo integerrimo, bono-  
res jam pridem meritos ex anima grataeius eff.*

**Ioh. Christoph. Caspar. Ratisponensis,**  
Phil. ac SS. Theol. Stud.



Pon Ye 3659  
2°



56

vDn8

vDn7 9m.c.



72

VOTIVA CARMINA,  
QVIBVS  
**SVMMOS IN PHILOSOPHIA**  
**HONORES**  
IN  
VIRVM

*NOBILISSIMVM, CLARISSIMVM ATQVE  
DOCTISSIMVM*

D. ANDREAM  
BENZIVM,  
VLMENSEM,  
MEDICAE CVLTOREM  
FELICISSIMVM,  
EMBERGAE SAXONVM  
ENS. OCTOBR. A. R. S. cIc Icc V.  
COLLATOS  
ICES FAVSTOSQVE ESSE  
IVBENT  
I, PRAECEPTORES,  
DRES, ATQVE AMICI.

*AE, PRELO CHRISTIANI GERDESIL.*

Farbkarte #13

